


100

AYUNTAMIENTO  
DE MURCIA  
ARCHIVO

EST<sup>E</sup> 2  
TAB<sup>A</sup> J  
N.<sup>o</sup> 11



243

# MANUAL CHRISTIANO,

O COMPENDIO DE LAS ORACIONES,  
Canticos , Himnos , Psalmos , Evangelios,  
Letanías , y demás que usa frecuentemente  
nuestra Santa Madre Iglesia en sus princi-  
pales festividades.

MODO DE REZAR EL ROSARIO,  
y ofrecerlo , con otras devociones muy im-  
portantes para instruir á los fieles , y en  
particular á los Niños.

## COMPUESTO

Por el Padre Don Fulgencio Batallér,  
Sacerdote Operario del Colegio Seminario de  
San Miguél de Orihuela , y Cura Economo  
de la Parroquial de San Miguél,  
Campo de Sahnas.

EN MURCIA.

Con las Licencias necesarias.

POR FRANCISCO BENEDICTO,  
Impresor y Mercader de Libros, vive en la  
Plateria, año de 1780.

R. 2558



## LICENCIA.

**DON IGNACIO DE RETANA**  
y Escobar, Ladrón de Arcaute,  
Alcayde de las Fortalezas y Cas-  
tillos de este nombre, Veinte y  
quatro perpetuo de la Ciudad de  
Sevilla, Corregidor, Justicia Ma-  
yor, Capitan Aguerra, y Juez  
Subdelegado de Imprentas y Li-  
brerias de esta Capital, y su dis-  
trito por su Magestad, &c.

**P**OR la presente concedo Licencia á  
qualquier Impresor de esta Ciudad, pa-  
ra que sin incurrir en pena alguna, pue-  
da imprimir, é imprima el escrito, inti-  
tulado: *Manual Cristiano*, escrito por  
*Don Fulgencio Batallér, Cura de Salinas*

*en el Obispado de Orihuela*, mediante,  
que de nuestra orden ha sido visto y  
aprobado , y parece no contiene cosa  
opuesta á nuestra Santa Fè y buenas  
costumbres , guardando en todo lo pre-  
venido por reales Pragmaticas. Fecha  
*en Murcia y Septiembre treinta de mil*  
*setecientos y ochenta.*

*Imprimase , Retana:*

*Por mandado de S. S.*

*Diego Antonio  
Callejas.*

**PRO**

## PROLOGO AL LECTOR.

**H**Abiendo observado que los Católicos extrangeros , que vienen á estos Reynos hasta los de la mas infima clase, están instruidos, ó saben de memoria las Oraciones , Canticos , Psalmos, Himnos y demás correspondiente que usa nuestra Madre la Iglesia en sus Sagrados Actos y principales Festividades , para que como buenos hijos puedan acompañarla dignamente : y que esto se hecha menos en nuestros Españoles , aun de la primera graduacion, no siendo Eclesiasticos ; aunque por otra parte no menos píos y religiosos : considerando que esta falta general , verdaderamente notable y vergonzosa , nace de que no se enseña

ñia

ña en la primera edad ; y que aun los que en otra quisieran aprenderlo , no tienen ningun libro à mano en que esté recopilado ; siendoles muy costoso, y de no poco trabajo el haberlo de buscar en los Breviarios , donde se halla colocado en sus respectivos lugares : ha parecido que nada podia ser mas conveniente para este fin , que la formacion de este Compendio , con que á poca costa , y menos fatiga puden imponerse en ello , y hacerse partícipes de los grandes bienes que pueden ganar para sus Almas ; y no carecer de una instruccion , cuya ignorancia realmente debe ser ruborosa á qualquiera de los que profesan la verdadera Catolica Religion , y se glorian jusn

justamente de ser hijos fieles de la Santa Iglesia , mayormente en tiempo en que nuestro Piisimo Monarca , sus Sabios Ministros , y zelosos Prelados de la Nacion se esmeran y compiten, con una santa y gloriosa emulacion , en promover por todos los medios posibles la buena crianza y christiana educacion de los Niños de ambos sexos ; para cuyo principal è importante objeto podrá ser el mas á proposito dicho Compendio : pues al mismo tiempo que se instruyen en cosas tan utiles , tienen un pequeño libro , en que pueden enseñarse á leer el latin , de que es suma la necesidad que se advierte ; especialmente en los Pobres , que no tienen para comprar ua Breviario viejo , o una

Con-

Concilio ; de que regularmente suele  
hecharse mano para este fin. Vale.

ORA-



*ORACION DE PRIMA  
PARA DAR PRINCIPIO AL DIA,  
implorando la Divina asistencia pa-  
ra dirigir todos los pensamientos , pala-  
bras y obras á mayor gloria  
de Dios.*

**D**omine Deus omnipotens , qui ad principium hujus diei nos pervenire fecisti , tuâ nos hodie salva virtute , ut in hac die ad nullum declinemus peccatum , sed semper ad tuam justitiam faciendam nostra procedant eloquia , dirigantur cogitationes & opera. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Dirigere & sanctificare , regere &  
gu-

gubernare dignare, Domine Deus Rex coeli & terrae, hodiè corda & corpora nostra, sensus sermones & actus nostros in lege tuâ, & in operibus mandatorum tuorum, ut hic & in aeternum te auxiliante salvi & liberi esse mereamur, salvator mundi, qui vivis & regnas in saccula saeculorum. Amen.

*Otra para antes de empezar cualquier acto,  
ú obra para el mismo fin.*

**A**ctiones nostras, quae sumus Domini ne, aspirando praeveni, & adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio & operatio a te semper incipiat & per te coepita finiatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Oraciones principales de la Iglesia.*

**P**ater noster, qui es in coelis: sanctificetur nomen tuum: advéniat regnum

num tuum : fiat voluntas tua , sicut  
in coelo & in terra. Panem nostrum  
quotidiánum da nobis hódie : & dimitte  
nobis débita nostra , sicut & nos dimit-  
timus debitóribus nostris : & ne nos in-  
dúcas in tentationem : sed libera nos à  
malo. Amen.

Ave María , grátia plena , Dómi-  
nus tecum : benedícta tu in muliéribus,  
& benedíctus fructus ventris tui Jesus.  
Sancta Maria , mater Dei , ora pro nobis  
peccatóribus nunc & in hora mortis  
nostrae. Amen.

Glória Patri , & Fílio , & Spíritui  
Sancto.

Sicut erat in principio , & nunc &  
semper , & in saecula saeculórum. Amen.

Gloria in excelsis Deo. Et in terra  
pax hominibus bonaे voluntatis. Lau-  
damus te. Benedicimus te. Adoramus te.  
Glorificamus te. Gratias agimus tibi  
propter magnam gloriam tuam. Domine  
Deus,

Deus, Rex coelestis, Deus Pater omnipotens. Domine, Fili Unigenite, Iesu Christe. Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu solus Sanctus. Tu solus Dominus. Tu solus altissimus Iesu Christe. Cum Sancto Spiritu, in gloria Dei Patris. Amen.

Credo in unum Deum. Patrem omnipotentem factorem coeli & terrae, visibilium omnium, & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum-Christum filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia saecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de celis. Et

in-

Incarnatus est de Spiritu Sancto , ex Maria Virgine : ET HOMO FACTUS EST. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato : passus & sepultus est. Et resurrexit tertią die secundum Scripturas. Et ascendit in coelum , sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos : cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum & vivificantem : qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre , & Filio simul adoratur , & conglorificatur : qui locutus est per Prophetas. Et unam Sanctam , Catholicam , & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi saeculi. Amen.

Salve Regina , mater misericordiae,  
vita , dulcedo , & spes nostra , salve. Ad te clamamus , exules filii Evae ; ad te suspiramus , gementes & flantes in hac la-

cri-

PEBLOTECA

criminarum valle. Eja ergo advocata nostra , illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Jesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende. O clemens , ò pia , ò dulcis Virgo Maria !

¶. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

### OREMUS.

**O**Mnipotens sempiterne Deus , qui gloriosae Virginis Matris Mariae corpus , & animam , ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur , Spiritu Sancto cooperante praeparasti ; da ut cuius commemoratione lactamur , ejus piâ intercessione ab instantibus malis & à morte perpetuâ liberemur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

¶. Divinum auxilium maneat semper nobiscum. R. Amen.

CAN-

## CANTICOS SAGRADOS.

## PRIMERO.

*En que la Virgen Santisima prorrumpió en la Visita que hizo á su Prima Santa Isabél, alabando las maravillas que el Señor había obrado en su persona , y engrandeciendo su Santo nombre.*

**M**agnificat anima mea Dominum,  
& exultavit spiritus meus in  
Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillae  
suae : ecce enim ex hoc beatam me  
dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est:  
& sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus à progenie in  
progenies : timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo : dis-  
persit superbos mente cordis sui.

De-

Deposit potentes de sede : & exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis : & divites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum , recordatus misericordiae suae.

Sicut loquitus est ad Patres nostros:  
Abraham & semini ejus in saecula.

Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto:  
Sicut erat in principio & nunc &  
semper , & in saecula saeculorum.Amen.

### SEGUNDO.

*En que Zacarias , Padre de San Juan Bautista , exclamó en la misma Casa y Santa Visita de la Virgen , adorando al Verbo Divino , que llevava encarnado en sus Entrañas.*

**B**enedictus Dominus Deus Israel,  
quia visitavit & fecit redemptio-  
nem plebis suac.

Et

Et erexit cornu salutis nobis : in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum : qui à saeculo sunt Prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris : & de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris : & memorari testamenti sui Sancti.

Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem nostrum : daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati : serviamus illi.


In Sanctitate & justitia coram ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer Propheta altissimi vocaberis : praeibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus : in remissionem peccatorum eorum.

B

Per



Per viscera misericordiae Dei nostri:  
in quibus visitavit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris & in  
umbra mortis sedent : ad dirigendos pe-  
des nostros in viam pacis.

Gloria Patri &c.

**TERCERO.**

*Del Santo viejo Simeon, en que recibiendo  
al Niño Dios en sus brazos al presen-  
tarse en el Templo por fin de su inefab-  
le gozo y divinas alabanzas, con-  
cluyó diciendo:*

**N**unc dimittis servum tuum Domi-  
ne : secundum verbum tuum  
in pace.

Quià viderunt oculi mei : salutare  
tuum.

Quod parasti : antè faciem omnium  
populorum.

Lu-

Lumen ad revelationem gentium:  
& gloriam plebis tuae Israel.

Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto.  
Sicut erat in principio & nunc &  
semper, & in saecula saeculorum. Amen.

Ant. Salva nos Domine vigilantes,  
custodi nos dormientes , ut vigilemus  
cum Christo , & requiescamus in pace.

V. Dignare Domine nocte ista.

R. Sine peccato nos custodire.

V. Miserere nostri Domine.

R. Miserere nostri.

V. Fiat misericordia tua , Domine super nos.

R. Quemadmodum speravimus in te.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

### OREMUS.

**V**isita quaesumus Domine , habitationem istam , & omnes insidias  
inimici ab eâ longè repelle : Angeli tui  
sancti

sancti habitent in eâ qui nos in pace custodiant , & benedictio tua sit supernos semper. Per Dominum nostrum Jesus-Christum Filium tuum : qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus , per omnia saecula saeculorum. Amen.

¶. Domine exaudi orationem meam.

¶. Et clamor meus ad te veniat.

¶. Benedicamus Domino.

¶. Deo gratias.

(Benedictio.) ¶. Benedicat & custodiat nos Omnipotens & misericors Dominus , Pater , & Filius , & Spiritus Sanctus. ¶. Amen.

¶. Deus det nobis suam pacem.

¶. Et vitam aeternam. Amen.

*Estas Oraciones , y el dicho Himno Nunc dimittis sirven para dar fin al dia, é implorar la Divina asistencia al irse á acostar.*

LOS

**LOS HIMNOS MAS FRECUENTES**  
*de la Iglesia.*

El de San Ambrosio y San Agustín,  
 para dar á Dios las debidas alabanzas.

**T**E Deum laudamus : te Dominum  
 confitemur.

Te aeternum Patrem : omnis terra  
 veneratur.

Tibi omnes Angeli : tibi coeli &  
 universae potestates.

Tibi Cherubim & Seraphim : inces-  
 sibili voce proclaimant.

Sanctus , Sanctus , Sanctus , Dominus  
 Deus Sabaoth.

Pleni sunt coeli & terra , Majestatis  
 gloriae tuae.

Te gloriosus Apostolorum chorus.

Te Prophetarum laudabilis numerus.

Te Martyrum candidatus laudat exer-  
 citus.

Te

Te per orbem terrarum : sancta confitetur Ecclesia;

Patrem immensae majestatis,

Venerandum tuum verum & unicum filium,

Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriae Christe.

Tu Patris sempiternus es filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem : non horruisti Virginis uterum.

Tu devicto mortis aculeo : aperuisti credentibus regna coelorum.

Tu ad dexteram Dci sedes : in gloria Patris.

Judex crederis esse venturus.

Te ergo quaesumus, famulis tuis subveni : quos pretioso sanguine redemisti.

A Eterna fac cum Sanctis tuis : in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum Domine : & benedic haereditati tuac.

Et

Et rege eos , & extolle illos , usque  
in aeternum.

Per singulos dies : benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in saecu-  
lum : & in saeculum saeculi.

Dignare Domine die isto : sine pec-  
cato nos custodire.

Miserere nostri , Domine : miserere  
nostri.

Fiat misericordia tua , Domine , su-  
per nos : quemadmodum speravimus  
in te.

In te Domine , speravi : non con-  
fundar in aeternum.

### OTRO.

*Para alcanzar la gracia del Espíritu  
Santo propio de su festividad  
de Pentecostes.*

V Eni , Creator Spiritus,  
Mentes tuorum visita,

Im-

Imple superna gratia,  
Quae tu creasti pectora.

Qui diceris Paraclitus,  
Altissimi Donum Dei,  
Fons vivus, ignis, charitas,  
Et spiritualis unctio.

Tu septiformis munere,  
Digitus Paternae dexteræ,  
Tu rite promissum Patris,  
Sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus,  
Infunde amorem cordibus,  
Infirma nostri corporis,  
Virtute firmans perpeti.

Hostem repellas longius,  
Pacemque dones protinus,  
Ductore sic te praevio,  
Vitemus omne noxium.

Per te sciamus dñ Patrem,  
Noscamus atque Filium,  
Teque utriusque spiritum  
Credamus omni tempore.

Deo

Deo Patri sit gloria,  
 Et Filio , qui à mortuis  
 Surrexit , ac Paraclito,  
 In saeculorum saecula. Amen.  
 ¶. Emite spiritum tuum , & creabuntur:  
 ¶. Et renovabis faciem terrae.

## OREMUS.

**D**eus , qui corda fidelium Sancti  
 Spiritus illustratione docuisti : da  
 nobis in eodem spiritu recta sapere , &  
 de ejus semper consolatione gaudere.  
 Per Dominum nostrum Jesum-Christum  
 filium tuum , qui tecum vivit & regnat  
 in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus ,  
 per omnia saecula saeculorum. Amen.

## OTROS.

*En alabanza de Christo Señor nuestro  
 Sacramento en su Sacratissima fesi-  
 tividad del Corpus.*

**P**ange lingua gloriosi,  
 Corporis mysterium,  
 Sanguinisque pretiosi,  
 Quem

Quem in Mundi pretium  
 Fructus ventris generosi  
 Rex effudit gentium.

Nobis datus , nobis natus  
 Ex intacta Virgine:  
 Et in Mundo conversatus,  
 Sparso verbi semine,  
 Sui moras incolatus  
 Miro clausit ordine.

In Supremae nocte cenae  
 Recumbens cum fratribus;  
 Observata lege plenè  
 Cibis in legalibus,  
 Cibum turbæ duodenæ  
 Se dat suis manibus.

Verbum caro , panem verum  
 Verbo carnem efficit:  
 Fitque Sanguis Christi merum,  
 Et si sensus defficit,  
 Ad firmandum cor sincerum  
 Sola fides sufficit.

Tantum ergo Sacramentum

Vc-

Veneremur cernui,  
 Et antiquum documentum  
 Novo cedat ritui,  
 Praestet fides supplementum  
 Sensuum defectui.

Genitori Genitoque  
 Laus & jubilatio,  
 Salus , honor , virtus quoque  
 Sit & benedictio:  
 Procedenti ab utroque  
 Compar sit laudatio.  
 Amen.

¶. Panem de Coelo praestitisti eis.

¶. Omne delectamentum in se habentem:

### OREMUS.

**D**eus , qui nobis sub Sacramento  
 mirabili passionis tuae memoriam  
 reliquisti : tribue , quaesumus ; ita nos  
 Corporis & Sanguinis tui Sacra Mis-  
 teria venerari ; ut redemptionis tuae  
 fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui  
 vivis

vivis & regnas in unitate Spiritus Sancti  
Deus, per omnia saecula saeculorum.  
Amen.

Sacris solemniiis juncta sint gaudia,  
Et ex praecordiis sonent praeconia;  
Recedant vetera, nova sint omnia,  
Corda voces & opera.

Noctis recolitur caena novissima,  
Qua Christus creditur agnum & azyma  
Dedisse fratribus juxta legitima  
Priscis indulta Patribus.

Post agnum typicum, expletis epulis,  
Corpus Dominicum datum Discipulis,  
Sic totum omnibus, quod totum singulis,  
Eius fatemur manibus.

Dedit fragilibus corporis ferculum,  
Dedit & tristibus sanguinis poculum;  
Dicens: accipite quod trado vasculum  
Omnes ex eo bibite.

Sic Sacrificium istud instituit,  
Cujus Officium committi voluit  
Solis Presbyteris, quibus sic congruit,  
Ut

**U**t sumant , & dent coeteris.

Panis Angelicus fit panis hominum;  
Dat panis coelicus figuris terminum:  
O res mirabilis , manducat Dominum  
Pauper , servus , & humilis.

Te tria Deitas , unaque poscimus;  
Sic nos tu visita , sicut te colimus;  
Per tuas semitas duc nos quo tendimus;  
Ad lucem quam inhabitas.

Amen.

### OTR O.

*En alabanza de la Santa Cruz en sus principales festividades.*

**P**ange lingua gloriosi  
Lauream certaminis,  
Et super Crucis tropheo  
Dic triumphum nobilem,  
Qualiter Redemptor Orbis  
Immolatus vicerit.

De Parentis protoplasti

Frau-

Fraude Factor condolens,

Quando pomi noxialis

In necem morsu ruit,

Ipse lignum tunc notavit,

Damna ligni ut solveret.

Hoc opus nostrae salutis

Ordo depoposcerat,

Multiformis proditoris

Ars ut artem falleret,

Et medelam ferret inde,

Hostis unde laeserat.

Quando venit ergo sacri

Plenitudo temporis,

Missus est ab arce Patris

Natus , Orbis Conditor,

Atque ventre Virginali

Carne amictus prodiit.

Vagit infans inter arcta

Conditus praesepia:

Membra pannis involuta

Virgo Mater alligat:

Et Dei manus pedesque

Stricta

Stricta cingit fascia.

Sempiterna sit beatæ  
Trinitati gloria,  
Æqua Patti , Filioque;  
Par decus Paraclito:  
Unius Trinique nomen  
Laudet universitas.

Amen.

Vexilla Regis prodeunt,  
Fulget Crucis mysterium,  
Qua vita mortem pertulit,  
Et morte vitam protulit:

Quae vulnerata lanceæ  
Mucrone diro , criminum  
Ut nos lavaret sordibus,  
Manavit unda & sanguine.

Impleta sunt quæ concinit  
David fideli carmine,  
Dicendo nationibus:  
Regnavit à ligno Deus.

Arbor decora , & fulgida,  
Ornata Regis purpura,

Electa

Electa digno stipite  
Tam sancta membra tangere.

Beata , cuius brachiis  
Pretium pependit saeculi,  
Statera facta corporis,  
Tulitque praedam tartari.

O Crux ave , spes unica,  
Paschale quae fers gaudium !  
Piis adauge gratiam,  
Reisque dele crimina.

Te , fons salutis Trinitas  
Collaudet omnis spiritus  
Quibus Crucis victoriam  
Largiris , adde praemium.  
Amen.

## OTRO

*En alabanza de Maria Santissima*

**S**tabat Mater dolorosa,  
Juxta Crucem lachrymosa  
Dum pendebat Filius.

Cujus

Cujus animam gementem,  
Contristatam & dolentem  
Pertransivit gladius.

O quām tristis & afflita  
Fuit illa benedicta  
Mater Unigeniti !

Quae moerebat & dolebat,  
Pia Mater dum videbat  
Nati poenas inclyti.

Quis est homo , qui non fleret,  
Matrem Christi si videret  
In tanto supplicio ?

Quis non posset contristari,  
Christi Matrem contemplari  
Dolentem cum Filio ?

Pro peccatis suae gentis  
Vidit Jesum in tormentis,  
Et flagellis subditum.

Vidit suum dulcem Natum,  
Moriendo desolatum,  
Dum emisit spiritum.

Eja Mater fons amotis

ORTO

C

Me

Me sentire vim doloris

Fac , ut tecum lugeam.

Fac ut ardeat cor meum

In amando Christum Deum,

Ut sibi complaceam.

Amen.

V. Ora pro nobis Virgo dolorosissima.

R. Ut digni efficiamur promissionibus  
Christi.

### OREMUS.

**D**eus , in cuius passione , secundum Simeonis prophetiam , dulcissimam animam gloriosae Virginis & Matris Mariae doloris gladius pertransivit: concede propitius , ut qui transfixionem ejus & passionem venerando recolimus , gloriosis meritis & precibus omnium Sanctorum Cruci fideliter adstantium intercedentibus , passionis tuae effectum felicem consequamur. Qui vivis & regnas in unitate Spiritus Sancti Deus , per omnia saecula saeculorum. Amen.

OTRO.

## OTRO.

A VE Maris Stella,  
Dei Mater alma,  
Atque semper Virgo,  
Felix coeli porta.

Sumens illud Ave,  
Gabrielis ore,  
Funda nos in pace,  
Mutans Hevac nomen.

Solve vincla reis,  
Profer lumen caecis,  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.

Monstra te esse Matrem,  
Sumat per te preces,  
Qui pro nobis natus,  
Tullit esse tuus.

Virgo singularis,  
Inter omnes mitis,  
Nos culpis solutos,

Mites fac & castos.

Vitam praesta puram,  
Iter para tutum,  
Ut videntes Jesum  
Semper collactemur.

Sit laus Deo Patri,  
Summo Christo decus,  
Spiritui Sancto,  
Tribus honor unus.

Amen.

v. Diffusa est gratia in labiis tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in  
aeternum.

### OREMUS.

**C**oncede, nos famulos tuos, quaesumus Domine Deus, perpetuam  
mentis & corporis sanitatem gaudere: &  
gloriosa beatae Mariae semper Virginis  
intercessione, à praesenti liberari tristitia,  
& aeterna perfrui laetitia. Per  
Christum Dominum nostrum. Amen.

PSALM

**PSALMOS PENITENCIALES PARA  
implorar la misericordia del Señor , y per-  
don de los pecados.**

*Antiphona. Ne reminiscaris.*

*Psalmo 6.*

**D**omine ne in furore tuo arguas me:  
neque in ira tua corripias me.

Miserere mei , Domine , quoniam in-  
fimus sum : sana me Domine , quoniam  
conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde , sed  
tu Domine usquequo ?

Convertere Domine , & eripe ani-  
mam meam : salvum me fac propter mi-  
sericordiam tuam.

Quoniam non est in morte , qui me-  
mor sit tui : in inferno autem quis confi-  
tebitur tibi ?

**La-**

Lavoravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur & erubescant valde velociter.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper, & in saecula saeculorum. Amen.

*Psalmo 31.*

**B**EATI quorum remissae sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir cui non imputavit Dominus

minus peccatum: nec est in spiritu ejus dolus.

Quoniam tacui; inveteraverunt ossa mea: dum clamarem totâ die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua: conversus sum in aerumna mea dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci: & injustitiam meam non abscondi.

Dixi: confitebor adversari mei injustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus, in tempore opportuno.

Verum tamen in diluvio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione quae circumdedidit me, exultatio mea, erue me à circundantibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos.

No,

Nolite fieri sicut equus & mulus;  
quibus non est intellectus.

In camo & fraeno maxillas eorum  
constringe, qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris; sperantem  
autem in Domino misericordia cir-  
cumdabit.

Laetamini in Domino, & exultate  
justi: & gloriamini omnes recti corde.

Gloria Patri &c.

*Psalmo 37.*

**D**omine ne in furore tuo arguas me  
neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittae tuae infixae sunt  
mihi: & confirmasti super me ma-  
num tuum.

Non est sanitas in carne mea à facie  
irae tuae: non est pax ossibus meis à  
facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meae supergres-  
sæ sunt caput meum: & sicut onus gra-

ye

ve gravatae sunt super me.

Putruerunt & corruptae sunt cicatrices meae : á facie insipientiae meae.

Miser factus sum , & curvatus sum usque in finem : tota die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus : & non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam á gemitu cordis mei.

Domine ante te omne desiderium meum : & gemitus meus á te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est , dereliquit me virtus mea : & lumen oculorum meorum & ipsum non est tecum.

Amici mei & Proximi mei adversum me appropinquaverunt , & steterunt.

Et qui juxta me erant de longe steterunt : & vim faciebant qui quaerebant animam meam.

Et

Et qui inquirebant mala mihi , locuti sunt vanitates : & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam : & sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens : & non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te Domine speravi : tu exaudies me Domine Deus meus.

Quia dixi : Nequando supergaudeant mihi inimici mei : & dum commoventur pedes mei , super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo : & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt & confirmati sunt super me : & multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Qui

Qui retribuunt mala pro bonis de-  
trahebant mihi : quoniam sequebar bo-  
nitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus  
meus : ne discesseris à me.

Intende in adjutorium meum : Do-  
mine Deus salutis meae.

Gloria Patri &c.

*Psalmo 50.*

**M**Iserere mei Deus : secundum  
magnum misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationis  
tuarum : dele iniuriam meam.

Amplius lavame ab iniuriae mea;  
& à peccato meo munda me.

Quoniam iniuriam meam ego cog-  
nosco : & peccatum meum contra me  
est semper.

Tibi soli peccavi , & malum coram te  
feci : ut justificeris in sermonibus tuis, &  
vincas cum judicaris.

Ecce

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum : & in peccatis concepit me Mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti : incerta & occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hysopo , & mundabor.  
lavabis me , & super nivem deal-  
babor.

Auditui meo dabis gaudium & laeti-  
tiam : & exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis:  
& omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus : &  
spiritum rectum innova in visceribus  
meis.

Ne projicias me à facie tua : & Spir-  
itum Sanctum tuum nè auferas à me.

Redde mihi lactitiam salutaris tui : &  
spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas , & impii  
ad te convertentur.

L-

Libera me de sanguinibus Deus,  
Deus salutis meae : & exaltabit lingua  
mea justitiam tuam.

Domine labia mea aperies : & os  
meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium de-  
dissem utique : holocaustis non delectas-  
beris

Sacrificium Deo spiritus contribula-  
tus : cor contritum , & humiliatum  
Deus non despicies.

Benigne fac Domine in bonâ voluntate  
tuâ Sion : ut aedificantur muri Je-  
rusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiae,  
oblationes & holocausta : tunc impo-  
nent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri &c.

*Psalmus 101.*

D Omine exaudi orationem meam  
& clamor meus ad te veniat.

Non

Non avertas faciem tuam a me: in  
quacumque die tribulor, inclina ad me  
aurem tuam.

In quacumque die invocavero te: ve-  
lociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies  
mei: & ossa mea sicut cremium aruc-  
runt.

Percussus sum ut foenum, & aruit  
cor meum: quia oblitus sum comedere  
panem meum.

A voce gemitus mei adhaesit os  
meum carni meae.

Similis factus sum pellicano solitudi-  
nis: factus sum sicut nycticorax in do-  
micilio.

Vigilavi, & factus sum sicut passer  
solitarius in tecto.

Tota die reprobrabant mihi inimici  
mei: & qui laudabant me, adversum me  
jurabant.

Quia cinerem tanquam panem man-  
du-

ducabam : & potum meum cum fletu  
miscebam.

A facie irae & indignationis tuae:  
quia elevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverunt;  
Et ego sicut foenum arui.

Tu autem Domine in aeternum per-  
manes: & memoriale tuum in genera-  
tionem & generationem.

Tu exurgens misereberis Sion : quia  
tempus miserendi ejus , quia venit tem-  
pus.

Quoniam placuerunt servis tuis lapi-  
des ejus : & terrae ejus miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum Do-  
mine : & omnes Reges terrae gloriam  
tuam.

Quia aedificavit Dominus Sion : &  
videbitur in gloria sua.

Respexit in orationem humilium : &  
non sprevit precem eorum.

Scribantur haec in generatione altera;

&

& populus qui creabitur laudabit Dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo: Dominus de Coelo in terram aspexit.

Ut audiret gemitus compeditorum : ut solveret filios interemptorum.

Ut annuncient in Sion nomen Domini: & laudem ejus in Jerusalem.

In conveniendo populos in unum & Reges ut serviant Domino.

Respondit pei in via virtutis suae paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne revokes me in dimidio dierum meorum : in generationem & generationem anni tui.

Initio tu Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cocli.

Ipsi peribunt , tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veteras cent.

Et sicut operorium mutabis eos, & mu-

mutabuntur : tu autem idem ipse es , &  
anni tui non deficient.

Fili servorum tuorum habitabunt : &  
semen eorum in saeculum dirigetur.

Gloria Patri , &c.

*Psalmo 129:*

**D**E profundis clamavi ad te Domi-  
ne : Domine , exaudi vocem  
meam.

Fiant aures tuae intendentes : in vo-  
cem deprecationis meae.

Si iniuriae observaveris Domine:  
Domine , quis sustinebit ?

Quia apud te propitiatio est : &  
propter legem tuam sustinui te Do-  
mine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus:  
speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noc-  
tem : speret Israel in Domino.

D

Quia

Quia apud Dominum misericordia,  
& copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel ex omnibus  
iniquitatibus ejus.

Gloria Patri, &c.

*Psalmo 142:*

**D**omine exaudi orationem meam:  
auribus percipe obsecrationem  
meam in veritate tua : exaudi me in  
tua justitia.

Et non intres in judicium cum servo  
tuo : quia non justificabitur in conspectu  
tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus ani-  
mam meam : Humiliavit in terra vitam  
meam.

Collocavit me in obscuris , sicut mor-  
tuos saeculi : & anxiatus est super me  
spiritus meus : in me turbatum est cor  
meum.

Memor fui dierum antiquorum , me-  
di,

titatus sum in omnibus operibus tuis:  
in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te; anima  
mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me Domine: de-  
fecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me: &  
similis ero descendantibus in lacum.

Auditam fac mihi manè misericor-  
diam tuam: quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua am-  
bulem: quia ad te levavi animam  
meam.

Eripe me de inimicis meis, Domine  
ad te confugi: doce me facete volunta-  
tem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in  
terram rectam: propter nomen tuum  
Domine vivificabis me in aequitate tua.

Educes de tribulatione animam meam:  
& in misericordia tua disperdes inimi-  
cos meos.

D 2

Et

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego servus tuus sum.

Gloria Patri , &c.

*Aña.* Ne reminiscaris Domine delicta nostra vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris: parce Domine , parce populo tuo, quem redemisti precioso sanguine tuo : ne in aeternum irascaris nobis.

**LOS QUATRO EVANGELIOS CON  
las Oraciones correspondientes para  
impetrar la salud à los  
enfermos.**

**EVANGELIO DE SAN JUAN.**

**I**N principio erat verbum, & verbum erat apud eum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil , quod factum est in

in ipso vita erat , & vita erat lux homi-  
num , & lux in tenebris lucet , & te-  
nebrae eam non comprehendenderunt. Fuit  
homo missus a Deo , cui nomen erat  
Joannes. Hic venit in testimonium , ut  
testimonium perhiberet de lumine. Erat  
lux vera quae illuminat omnem homi-  
nem venientem in hunc Mundum. In  
Mundo erat , & Mundus per ipsum  
factus est , & Mundus cum non cog-  
novit. In propria venit , & sui eum  
non receperunt. Quotquot autem rece-  
perunt eum , dedit eis potestatem fi-  
lios Dei fieri , his qui credunt in no-  
mine ejus , qui non ex sanguinibus,  
neque ex voluntate carnis , neque ex  
voluntate viri , sed ex Deo nati sunt.  
**ET VERBUM CARO FACTUM**  
**EST ; & habitavit in nobis : & vidi-**  
**mus gloriam ejus , gloriam quasi Uni-**  
**geniti a Patre plenum gratiae & ve-**  
**ritatis.**

EVAN-

DIXIT

## EVANGELIO DE SAN LUCAS:

**T**N illo tempore. Missus est Angelus Gabriel a Deo in Civitatem Galilae, cui nomen Nazareth, ad Virginem despontatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis Maria, & ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum: Benedicta tu in Mulieribus. Quae cum audisset turbata est in sermone ejus, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David Patris ejus, & regnavit in domo Jacob in aeternum, & regni ejus non erit finis.

Dixit

Dixit autem Maria ad Angelum : Quo-  
modo fiet istud , quoniam virum non  
cognosco ? Et respondens Angelus di-  
xit ei : Spiritus Sanctus superveniet in  
te , & virtus Altissimi obumbravit ti-  
bi , ideoque & quod nascetur ex te  
Sanctum , vocabitur Filius Dei. Et ecce  
Elisabeth cognata tua , & ipsa conce-  
pit filium in senectute sua , & hic men-  
sis sextus est illi , quae vocatur sterilis,  
quia non erit impossibile apud Deum  
omne verbum. Dixit autem Maria : Ecce  
Ancilla Domini , fiat mihi secundum  
verbum tuum.

## EVANGELIO DE SAN MATHEO.

CUM natus esset Jesus in Bethlehem  
Juda in diebus Herodis Regis,  
ecce Magi ab Oriente venerunt Jero-  
solymam dicentes : Ubi est qui natus  
est Rex Judaeorum ? Vidimus enim

Stel-

Stellam ejus in Oriente , & venimus  
adorare eum. Audiens autem Herodes  
Rex , turbatus est , & omnis Jerosoly-  
ma cum illo. Et congregans omnes  
Principes Sacerdotum , & Scribas po-  
puli sciscitabatur ab eis , ubi Christus  
nasceretur , at illi dixerunt ei : in Beth-  
lehem Judae. Sic enim scriptum est  
per Prophetas ; & tu Bethlehem terra  
Juda , nequaquam minima es in Prin-  
cipibus Juda : ex te enim exiet Dux , qui  
regat Populum meum Israel. Tunc He-  
rodes clam vocatis Magis diligenter  
didicit ab eis tempus Stellae , quae  
apparuit eis , & mittens eos in Beth-  
lehem dixit : Ite , & interrogate diligen-  
ter de Puer , & cum inveneritis , re-  
nuntiate mihi , ut ego veniens adorem  
eum. Qui cum audissent Regem abie-  
runt , & ecce Stellam quam viderant  
in Oriente antecedebat eos , usque dum  
veniens staret supra ubi erat Puer. Vi-  
den-

dentes autem Stellam gavissi sunt gau-  
dio magno valde ; & intrantes Domum  
invenerunt Puerum cum Maria Matre  
ejus : Et procidentes , adoraverunt eum.  
Et apertis thesauris suis obtulerunt ei  
munera , Aurum , Thus , & Myrrham.  
Et responso accepto in somno , ne redi-  
rent ad Herodem , per aliam viam re-  
versi sunt in regionem suam.

## EVANGELIO DE SAN MARCOS.

**I**N illo tempore. Recumbentibus un-  
decim Discipulis , apparuit illis Je-  
sus : & exprobavit incredulitatem eorum,  
& duritiam cordis : quia , iis , qui vi-  
derant eum surrexisse non credide-  
runt , & dixit eis : Euntes in Mundum  
universum , praedicate Evangelium om-  
ni creaturae. Qui crediderit , & bapti-  
zatus fuerit , salvus erit : qui vero non  
crediderit , condemnabitur. Signa au-

tcin

tem eos qui crediderint haec sequentur. In nomine meo demonia ejicent, linguis loquentur novis, Serpentes tollent, etsi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super aegros manus impo-  
nent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Jesus postquam locutus est eis, assumptus est in Coelum, & sedet a dextris Dei. Illi autem profecti, praedicaverunt ubique Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.

**OREMUS.**

**R**espice, Domine, famulum tuum in infirmitate sui corporis laborantem, & animam refove quam creasti, ut castigationibus emendatus, continuo se sentiat tua medicina salva-  
tum. Per Christum Dominum nostrum.

**Amen.**

Ome

**O**Mnipotens sempiterne Deus, infirmitatem famuli tui propitius responde, atque ad protegendum cum dextiram tuac majestatis extende. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Imponatur manus super caput infirmi.*

**S**uper aegros manus imponent, & bene habebunt. Jesus Mariæ Filius, mundi salus, & Dominus, meritis & intercessione Sanctorum Apostolorum suorum Petri & Pauli, & omnium Sanctorum, sit tibi clemens & propitius. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis Patris  & Filii, & Spiritus Sancti, descendat super te, & maneat semper. Amen.



LE-

*LETANIA MAYOR DE LOS SANTOS con las Preces y Oraciones que acompañan.*

**K**yrie eleyson.

**C**hriste eleyson.

**K**yrie eleyson.

**C**hriste audinos.

**C**hriste exaudi nos.

Pater de Coelis Deus. Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus. Miserere nobis.

Spiritus Sancte Deus. Miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus. Miserere nobis.

Sancta MARIA. . . .

Sancta Dei Genitrix. . . .

Sancta Virgo Virginum. ) Ora pro nobis.

Sancte Michael. . . . )

Sancte Gabriel. . . . )

Sancte Raphael. . . . )

Omnes Sancti Angeli & Archangeli.

Orate pro nobis.

Om-

Omnes Sancti Beatorum Spirituum ordinēs. Orate.

Sancte Joannes Baptista. Ora pro nobis.

Sancte Joseph. Ora.

Omnes Sancti Patriarchae & Prophetae.  
Orate.

Sancte Petre. . . . .

Sancte Paule. . . . .

Sancte Andrea. . . . .

Sancte Jacobe. . . . .

Sancte Joannes. . . . .

Sancte Thoma. . . . .

Sancte Jacobe. . . . .

Sancte Philippe. . . . .

Sancte Bartholomaei. . . . .

Sancte Mathaei. . . . .

Sancte Simon. . . . .

Sancte Thaddaei. . . . .

Sancte Mathiae. . . . .

Sancte Barnaba. . . . .

Sancte Luca. . . . .

Sancte Marci. . . . .

Ora pro nobis.

Om;

Omnes Sancti Apostoli & Evangelistae. Orate.

Omnes Sancti Discipuli Domini. Orate.

Omnes Sancti Innocentes. Orate.

Sancte Stephane. . . . .

Sancte Laurenti. . . . . ) - Ora pro nobis.

Sancte Vincenti. . . . .

Sancti Fabiane, & Sebastiane. Orate.

Sancti Joannes & Paule. Orate.

Sancti Cosma & Damiane. Orate.

Sancti Gervasi & Protasi. Orate.

Omnes Sancti Martyres. Orate.

Sancte Sylvester. . . . .

Sancte Gregori. . . . . )

Sancte Ambrosi. . . . .

Sancte Augustine. . . . . ) - Ora pro nobis.

Sancte Hieronyme. . . . .

Sancte Martine. . . . .

Sancte Nicolae. . . . .

Omnes Sancti Pontifices & Confessores. Orate.

Omnes Sancti Doctores. Orate.

Sancte

# CHRISTIANO.

[63]

Sancte Antoni . . . . .

Sancte Benedicte. . . . .

Sancte Bernarde . . . . .

Sancte Dominice . . . . .

Sancte Francisce. . . . .

Omnes Sancti Sacerdotes & Levitae.

Orate.

Omnes Sancti Monachi & Eremitae.

Orate.

Sancta Maria Magdalena. . . . .

Sancta Agatha. . . . .

Sancta Lucia . . . . .

Sancta Agnes. . . . .

Sancta Caecilia. . . . .

Sancta Catharina. . . . .

Sancta Anastasia. . . . .

Omnes Sanctae Virgines & Viduae.

Orate.

Omnes Sancti & Sanctae Dei. Intercede-

dite pro nobis.

Propitius esto. Parce nobis Domine.

Propitius esto. Exaudi nos Domine.

Ab

Ab omni malo. Libera nos Domine.

Ab omni peccato. Libera nos Domine.

A subitanea, & improvisa morte.  
Libera.

Ab insidiis Diaboli. Libera.

Ab ira, & odio, & omni mala voluntate. Libera.

A spiritu fornicationis. Libera.

A fulgure & tempestate. Libera.

A morte perpetua. Libera.

Per Mysterium Sanctae Incarnationis  
tuae. Libera nos Domine.

Per adventum tuum. Libera.

Per Nativitatem tuam. Libera.

Per Baptismum, & Sanctum jejuniū  
tuum. Libera.

Per Crucem, & Passionem tuam.  
Libera.

Per mortem & sepulturam tuam. Li-  
bera.

Per Sanctam resurrectionem tuam. Li-  
bera.

Per

Per admirabilem Ascensionem tuam.

Libera.

Per adventum Spiritus Sancti Paraclyti.

Libera.

In die Judicii. Libera.

Peccatores. Te rogamus audi nos.

Ut nobis parcas. Te rogamus.

Ut nobis indulgeas. Te rogamus.

Ut ad veram poenitentiam nos per-  
ducere digneris. Te rogamus.

Ut Ecclesiam tuam Sanctam regere,  
& conservare digneris. Te rogamus.

Ut dominum Apostolicum & omnes  
Ecclesiasticos Ordines in Sancta Re-  
ligione conservare digneris. Te ro-  
gamus.

Ut inimicos Sanctae Ecclesiae humilia-  
re digneris. Te rogamus.

Ut Regibus & Principibus Christianis  
pacem & veram concordiam donare  
digneris. Te rogamus.

Ut cuncto Populo Christiano pacem &

E

uni-

unitatem largiri digneris. Te rogamus.

Ut nos metipsos in tuo Sancto servitio  
confortare & conservare digneris. Te  
rogamus.

Ut mentes nostras ad coelestia desideria  
erigas. Te rogamus.

Ut omnibus benefactoribus nostris semi-  
piterna bona retribuas. Te rogamus.

Ut animas nostras , fratribus , propinquorum , & beneficiorum nostrorum ab  
aeterna damnatione eripias. Te ro-  
gamus.

Ut fructus terrae dare & conservare  
digneris. Te rogamus.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem  
aeternam donare digneris. Te rogamus.

Ut nos exaudire digneris. Te rogamus.

Fili Dei. Te rogamus.

Agnus Dei , qui tollis peccata mundi.  
Parce nobis Domine.

Agnus Dei , qui tollis peccata mundi.

Exau-

**H**ip Exaudi nos Domine.

**A**gnus Dei , qui tollis peccata mundi.

**M**iserere nobis.

**C**hriste audi nos.

**C**hriste exaudi nos.

**K**yrie eleyson.

**C**hriste eleyson.

**K**yrie eleyson.

Pater noster. ( en secreto. )

**V**. Et ne nos inducas in temptationem.

**R**. Sed libera nos à malo.

*Psalmo 69.*

**D**eus in adjutorium meum intende:

Domine ad adjuvandum me festina.

Confundantur & revereantur : qui  
quaerunt animam meam.

Avertantur retrorsum & erubescant:  
qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes : qui  
dicunt mihi : Euge , Euge.

E 2

Exul-

DE MURCIA  
EX LIBRIS

Exultent & laetentur in te omnes , qui  
quaerunt te , & dicant semper : Magis-  
ficitur Dominus , qui diligunt salutare  
tuum.

Ego vero egenus & pauper sum:  
Deus adjuva me.

Adjutor meus & liberator meus es  
tu : Domine , ne moreris.

Gloria Patri , &c.)

V. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus sperantes in te.

V. Esto nobis , Domine , turris fortitudo  
dinis.

R. A facie inimici.

V. Nihil proficiat inimicus in nobis.

R. Et filius iniquitatis non apponat nos  
cere nobis.

V. Domine non secundum peccata nos-  
tra facias nobis.

R. Neque secundum iniquitates nostras  
retribuas nobis.

V. Oremus pro Pontifice nostro N.

R.

R. Dominus conservet eum , & vivificer  
cum : & beatum faciat eum in terra,  
& non tradat eum in animam inimi-  
corum ejus.

V. Oremus pro benefactoribus nostris.

R. Retribuere dignare , Domine , omni-  
bus nobis bona facientibus propter  
nomen tuum vitam aeternam. Amen.

V. Oremus pro fidelibus defunctis.

R. Requiem aeternam dona eis , Domi-  
ne , & lux perpetua luceat eis.

V. Requiescant in pace.

R. Amen.

V. Pro fratribus nostris absentibus.

R. Salvos fac servos tuos , Deus meus,  
sperantes in te.

V. Mitte eis, Domine, auxilium de Sancto.

R. Et de Sion tuere eos.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo,

ORE

## OREMUS.

**D**eus , cui proprium est misereri semper & parcere : Suscipe deprecationem nostram ; ut nos & omnes famulos tuos , quos delictorum catena constringit , miseratio tuae pietatis clementer absolvat.

**E**xaudi , quaesumus Domine , supplicum preces , & confitentium tibi parce peccatis ; ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem.

**I**neffabilem nobis , Domine , misericordiam tuam clementer ostende ; ut simul nos & a peccatis omnibus exuas , & a poenis , quas pro his meremur , eripias.

**D**eus , qui culpa offenderis , poenitentia placatis : preces populi tui  
sup-

supplicantis propitius respice , & flagella  
tuae iracundiae , quae pro peccatis nos-  
tris meremur , averte.

**O**Mnipotens sempiterne Deus , mis-  
tere famulo tuo Pontifici nostro  
N. & dirige eum secundum tuam clem-  
entiam in viam salutis aeternae ; ut , te  
donante , tibi placita cupiat , & tota  
virtute perficiat.

**D**EUS , à quo sancta desideria , recta  
consilia , & justa sunt opera : da  
servis tuis illam , quam Mundus dare  
non potest , pacem : ut & corda nostra  
mandatis tuis dedita , & hostium sublata  
formidine , tempora sint tua protectione  
tranquilla.

**T**URE igne Sancti Spiritus renes nos-  
tros , & cor nostrum , Domine;  
ut tibi casto corpore serviamus , &

mun-

mundo corde placeamus.

**F**idelium Deus omnium Conditor & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam semper optaverunt, plus supplicationibus consequantur.

**A**ctiones nostras, quaesumus Domine, aspirando praeveni, & adjuvando prosequere; ut cuncta nostra oratio, & operatio a te semper incipiat, & per te coeptra finiatur.

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul & mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide & opere futuros esse praenoscis: te supplices exoramus; ut pro quibus effundere praeces decrevimus, quosque vel praesens saeculum adhuc in car-

ne

ne retinet , vel futurum jam exutos cor-  
pore suscepit , intercedentibus omnibus  
Sanctis tuis , pietatis tuae clementia , om-  
nium delictorum suorum veniam con-  
consequantur. Per Dominum nostrum  
Iesum-Christum Filium tuum , qui te-  
cum vivit & regnat in unitate Spiritus  
Sancti Deus , per omnia saecula saecu-  
lorum.

R. Amen.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

V. Exaudiat nos omnipotens & miser-  
icors Dominus.

R. Amen.

V. Et fidelium animae per misericor-  
diam Dei requiescant in pace.

R. Amen.

**LOS CINCO MODOS DE AYUDAR**  
*al Santo Sacrificio de la  
 Misa.*

**SEGUN EL MISAL ROMANO.**

*Sac.* IN nomine Patris, & Filii, & Spir-  
 ritus Sancti. Amen. Introibo ad  
 Altare Dei. *Min.* Ad Deum qui laetifi-  
 cat juventutem meam. *Sac.* Judica me  
 Deus & discerne causam meam de gente  
 non sancta , ab homine iniquo & doloso  
 erue me. *Min.* Quia tu es Deus fortitudo  
 mea , quare me repulisti , & quare tris-  
 tis incedo , dum affligit me inimicus?  
*Sac.* Emite lucem tuam , & veritatem  
 tuam , ipsa me deduxerunt , & adduxe-  
 runt in montem sanctum tuum , & in  
 tabernacula tua. *Min.* Et introibo ad  
 Altare Dei , ad Deum qui laetificat ju-  
 ventutem meam. *Sac.* Confitebor tibi in

cythara Deus , Deus meus , quare tristis  
est anima mea , & quare conturbas me?  
*Min.* Spera in Deo quoniam adhuc con-  
fitebor illi salutare vultus mei , & Deus  
meus. *Sac.* Gloria Patri , & Filio , &  
Spiritui Sancto. *Min.* Sicut erat in prin-  
cipio , & nunc , & semper , & in sae-  
cula saeculorum. Amen. *Sac.* Introibo  
ad Altare Dei. *Min.* Ad Deum qui lae-  
tificat juventutem meam. *Sac.* Adjuto-  
rium nostrum in nomine Domini. *Min.*  
Qui fecit coelum & terram. *Sac.* Con-  
fiteor Deo omnipotenti &c. & vos fra-  
tres orare pro me ad Dominum Deum  
nostrum. *Min.* Misereatur tui Omnipo-  
tentis Deus, & dimissis peccatis tuis perdu-  
cat te ad vitam aeternam. *Sac.* Amen.  
*Min.* Confiteor Deo omnipotenti, Bea-  
tae Mariae semper Virgini, Beato Mi-  
chaeli Archangelo , Beato Joanni Bap-  
tistae , Sanctis Apostolis Petro & Paulo,  
omnibus Sanctis , & tibi Pater , quia  
pec-

peccavi nimis cogitatione , verbo , & opere , mea culpa , mea culpa , mea maxima culpa. Ideo praecor Beatam Mariam semper Virginem , Beatum Michaelem Archangelum , Beatum Joannem Baptistam , Sanctos Apostolos Petrum , & Paulum , omnes Sanctos , & te Pater , orare pro me ad Dominum Deum nostrum. *Sac.* Misereatur vestri omnipotens Deus , & dimissis peccatis vestris , perducat vos ad vitam aeternam. *Min.* Amen. *Sac.* Indulgentiam , absolutionem , & remissionem peccatorum nostrorum , tribuat nobis omnipotens , & misericors Dominus. *Min.* Amen. *Sac.* Deus tu conuersus vivificabis nos. *Min.* Et plebs tua laetabitur in te. *Sac.* Ostende nobis Domine misericordiam tuam. *Min.* Et salutare tuum da nobis. *Sac.* Domine exaudi orationem meam. *Min.* Et clamor meus ad te veniat. *Sac.* Dominus vobiscum. *Min.* Et cum spiritu tuo.

tuo. *Sac.* Kyrie eleyson. *Min.* Kyrie eleyson. *Sac.* Kyrie eleyson. *Min.* Christe eleyson. *Sac.* Christe eleyson. *Min.* Christe eleyson. *Sac.* Kyrie eleyson. *Min.* Kyrie eleyson. *Sac.* Kyrie eleyson. *Sac.* Dominus vobiscum. *Min.* Et cum spiritu tuo. *Sac.* Per omnia saecula saeculorum. *Min.* Amen. Acabada la Epistola. *Min.* Deo gratias. *Sac.* Dominus vobiscum. *Min.* Et cum spiritu tuo. *Sac.* Sequentia Sancti Evangelii secundum Joannem. *Min.* Gloria tibi Domine. Acabado el Evangelio primero. *Min.* Laus tibi Christe. *Sac.* Orate fratres. *Min.* Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis ad laudem & gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram, totiusque Ecclesiae suae Sanctae. *Min.* Amen. Quando dice el Prefacio. *Sac.* Per omnia saecula saeculorum. *Min.* Amen. *Sac.* Dominus vobiscum. *Min.* Et cum spiritu tuo. *Sac.* Sursum corda. *Min.*


Ha-

Habemus ad Dominum. *Sac.* Gratias agamus Domino Deo nostro. *Min.* Dignum & justum est. Despues del Pater Noster. *Sac.* Et ne nos inducas in temptationem. *Min.* Sed libera nos á malo. *Sac.* Pax Domini sit semper vobiscum. *Min.* Et cum spiritu tuo. *Sac.* Ite, Misericordia est , ó benedicamus Domino. *Min.* Deo gratias. En Misa de Requiem. *Sac.* Requiescant in pace. *Min.* Amen. *Sac.* Pater & Filius , & Spiritus Sanctus. *Min.* Amen. *Sac.* Dominus vobiscum. *Min.* Et cum spiritu tuo. *Sac.* Sequentia Sancti Evangelii secundum Joannem. *Min.* Gloria tibi Domine. Acabado el Evangelio ultimo. *Min.* Deo gratias.

SE-

**SEGUNDO A LOS RELIGIOSOS DE  
nuestra Señora del Car-  
men.**

**A** L dar las Vinageras quando el Mi-  
nistro da el agua, dirá: Benedicite.  
*Sac.* In nomine Patris & Filii, & Spiritus  
Sancti. Amen. Confitemini Domino, quo-  
niā bonus. *Min.* Quoniam in saeculum  
misericordia ejus. *Sac.* Confiteor Deo  
&c. orare pro me ad Dominum Jesum-  
Christum. *Min.* Misereatur tui omnipot-  
tens Deus, & dimitte tibi omnia peccata  
tua, liberet te ab omni malo, conser-  
vet, & confirmet in omni opere bono,  
& perducat ad vitam aeternam. *Sac.*  
Amen. *Min.* Confiteor Deo omnipoten-  
ti, Beatae Mariae semper Virgini, Beato  
Patri nostro Eliae, omnibus Sanctis, &  
tibi Pater, quia peccavi nimis cogita-  
tione, locutione, opere, omissione, mea  
cul-



culpa. Ideo precor Beatam Mariam semper Virginem , Beatum Patrem nostrum Eliam , omnes Sanctos , & te Pater orare pro me ad Dominum Jesum-Christum.  
*Sac.* Misereatur vestri &c. *Min.* Amen.  
*Sac.* Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Min.* Qui fecit coelum & terram. Despues de los Kyries , ó Gloria , si la hubiese , dice el *Sac.* Dominus vobiscum. *Min.* Et cum spiritu tuo. Acabado el Oremus , dice el *Sac.* Per omnia saecula saeculorum. *Min.* Amen. Acabada la Epistola , responde el Ministro : Deo gratias , y muda el Misal al lado del Evangelio , y dice el *Sac.* Dominus vobiscum. *Min.* Et cuim spiritu tuo. *Sac.* Sequentia Sancti Evangelii &c. *Min.* Gloria tibi Domine. Acabado el Evangelio primero dice el *Min.* Laus tibi Christe. *Sac.* Orate fratres. *Min.* Memor sit Dominus omnis Sacrificii tui , & holocaustum tuum pingue fiat , tribuat tibi secundum

dum cor tuum &c. omne consilium tuum  
confirmet. Quando dice el Prefacio. *Sac.*  
Per omnia saecula saeculorum. *Min.*  
**Amen.** *Sac.* Dominus vobiscum. *Min.* Et  
cum spiritu tuo. *Sac.* Sursum corda.  
*Min.* Habemus ad Dominum. *Sac.* Gra-  
tias agamus Domino Deo nostro. *Min.*  
Dignum & justum est. Despues del Pa-  
ter noster dice el *Sac.* Et ne nos inducas  
in temptationem. *Min.* Sed libera nos a  
malo. *Sac.* Pax Domini sit semper vo-  
biscum. *Min.* Et cum spiritu tuo. Al  
consumir el Sacerdote el Caliz , dà el  
Ministro las vinageras , y despues de  
esto pone el paño en el Caliz , mudan-  
do antes el Misal al otro lado. *Sac.* Ite,  
**Missa est, ó benedicamus Domino.** *Min.*  
**Deo gratias.** En Misa de Requiem. *Sac.*  
Requiescant in pace. *Min.* Amen. A la  
bendicion que hecha el *Sac.* Dice el *Min.*  
**Amen.** Al Evangelio ultimo dice el *Sac.*  
Dominus vobiscum. *Min.* Et cum spiritu

F

tuo.

tuo. *Sac.* Sequentia Sancti Evangelii secundum N. Acabado el Evangelio ultimo dice el *Min.* Laus tibi Christe. En tiempo de Pasqua despues de la *Regina Coeli*, dice el *Sac.* Ora pro nobis Deum Alleluja , y responde el *Min.* Gaude , & lactare Virgo Maria.

*TERCERO A LOS RELIGIOSOS DEL  
Sagrado Orden de Predicadores.*

**A**L principio de la Misa le dàn las Vinageras al Sacerdote , para que prepare el Caliz , y dando el agua dice el que ayuda: Benedicite, y à la bendicion le responde. Amen : menos en las Misas de Requiem , que no se responde nada; y poniendose à la siniestra del Sacerdote , se principia la Misa. *Sac.* In nomine Patris , & Filii , & Spiritus Sancti. *Confitemini Domino quoniam bonus.* *Min.* Quoniam in saeculum misericordia ejus.

ejus. *Sac.* Confiteor Deo , &c. *Min.* Mi-  
 sereatur tui Omnipotens Deus & dimitat  
 omnia peccata tua , liberet ab omni ma-  
 lo , salvet , & confirmet in omni opere  
 bono , & perducat ad vitam aeternam.  
*Sac.* Amen. *Min.* Confiteor Deo omni-  
 potenti , Beatae Mariae semper Virgini,  
 Beato Dominico Patri nostro , & omni-  
 bus Sanctis , & tibi Pater , quia peccavi  
 nimis cogitatione , lucutione , & opere,  
 & omissione , mea culpa , mea maxima  
 culpa , & te Pater precor orare pro me.  
*Sac.* Misereatur &c. *Min.* Amen. *Sac.*  
 Adjutorium nostrum in nomine Domini.  
*Min.* Qui fecit coelum & terram. Aca-  
 bada la Epistola no se responde nada , y  
 se pasa el Misal al lado del Evangelio,  
 y quando se acaba tampoco se responde  
 nada , ni al Orate fratres tampoco. Quan-  
 do se dice el Prefacio. *Sac.* Per omnia  
 saecula saeculorum. *Min.* Amen. *Sac.*  
 Dominus vobiscum. *Min.* Et cum

spiritu tuo. *Sac.* Sursum corda. *Min.*  
 Habemus ad Dominum. *Sac.* Gratias  
 agamus Domino Deo nostro. *Min.* Dignum  
 & justum est. Despues del Pater  
 Noster. *Sac.* Et ne nos inducas in tenta-  
 tionem. *Min.* Sed libera nos à malo. *Sac.*  
 Pax Domini sit semper vobiscum. *Min.*  
 Et cum spiritu tuo. Tomará el Ministro  
 la Patena con el paño del Caliz , sin to-  
 carla con los dedos , y la dará á besar  
 al Sacerdote ( que se llama dár Paz ) y  
 entonces dice el Sacerdote. Pax tibi ; y  
 responderá el Ministro. Et cum spiritu  
 tuo. *Sac.* Ite , Missa est , ó benedicamus  
 Domino. *Min.* Deo gratias. En Misa de  
 Requiem. *Sac.* Requiescant in pace. *Min.*  
 Amen. *Sac.* Pater , & Filius , & Spiritus  
 Sanctus. *Min.* Amen. *Sac.* Dominus vo-  
 biscum. *Min.* Et cum spiritu tuo. *Sac.*  
 Sequentia Sancti Evangelii , &c. *Min.*  
 Gloria tibi Domine. Acabado el ultimo  
 Evangelio. *Min.* Deo gratias.

QUAR-

**QUARTO A LOS MONGES DE  
nuestro Padre San Bernardo.**

**A**l empezar la Misa se dán las Vi-  
nageras al Sacerdote para prepa-  
rar el Caliz , y luego se pone el que  
ayuda à la mano derecha , ò en pie.  
*Sac.* In nomine Patris , & Filii , & Spi-  
ritus Sancti. Spiritus adsit vobis gratia.  
*Min.* Amen. *Sac.* Confiteor Deo, Bea-  
tae Mariae, Beatis Benedicto , & Ber-  
nardo , omnibus Sanctis , & vobis fra-  
tres , quia peccavi nimis , cogitatione,  
locutione , & opere , mea culpa ; ideo  
precor vos orare pro me. *Min.* Mis-  
treatur tui Omnipotens Deus , & dimit-  
tat tibi omnia peccata tua : liberet te  
ab omni malo , conservet , & confirmet  
in opere bono , & perducat te ad vitam  
aeternam. *Sac.* Amen. *Min.* Confiteor  
Deo , Beatae Mariae , Beatis Benedicto,  
& Bernardo , omnibus Sanctis , & tibi  
Pa-

Pater , quia peccavi nimis , cogitatione,  
 locutione , & opere , mea culpa ; ideo  
 precor te orare pro me. *Sac.* Miserear-  
 tur vestri Omnipotens Deus , & dimit-  
 tar vobis omnia peccata vestra , liberet  
 vos ab omni malo , conservet , & con-  
 firmet in omni opere bono , & perdu-  
 cat vos ad vitam aeternam. *Min.* Amen.  
*Sac.* Indulgentiam , remissionem omnium  
 peccatorum nostrorum , per gratiam  
 Sancti Spiritus tribuat nobis omnipotens , &  
 misericors Dominus. *Min.* Amen.  
*Sac.* Adjutorium nostrum in nomine  
 Domini. *Min.* Qui fecit coelum & ter-  
 ram. *Sac.* Sit nomen Domini benedic-  
 tum. *Min.* Ex hoc , nunc , & usque in  
 saeculum. Al fin de la Epistola. *Min.*  
 Deo gratias. En acabando el Evangelio.  
*Min.* Laus tibi Christe. *Sac.* Orate fra-  
 tres. *Min.* Dominus sit in corde tuo , &  
 in labiis tuis , suscipiatque de manibus  
 tuis Sacrificium istud , & orationes tuas

as-

ascendant in memoriam ante Deum, pro nostra & totius Populi salute. Amen. Quando el Prefacio. *Sac.* Per omnia saecula saeculorum. *Min.* Amen. *Sac.* Dominus vobiscum. *Min.* Et cum spiritu tuo. *Sac.* Sursuim corda. *Min.* Habemus ad Dominum. *Sac.* Gratias agamus Domino Deo nostro. *Min.* Dignum & justum est. Acabado esto se enciende una vela al lado del Evangelio, y se quita acabado el Pater Noster. Despues del Pater Noster. *Sac.* Et ne nos inducas in temptationem. *Min.* Sed libera nos á malo. *Sac.* Pax Domini sit semper vobiscum. *Min.* Et cum spiritu tuo. *Sac.* Ite, Missa est, ó benedicamus Domino. *Min.* Deo gratias. En Misa de Requiem. *Sac.* Requiescant in pace. *Min.* Amen. *Sac.* Ite, Missa est. *Min.* Deo gratias. Si el Sacerdote dice Alleluja ; responde el Ministro Alleluja. No hay Evangelio ultimo.

QUIN-

*QUINTO A LOS PADRES DE LA  
Cartuja.*

**D**espues de revestido el Sacerdote, se le subministra la hostia y vino.  
*Sac.* In nomine Patris , & Filii , & Spiritus Sancti. Amen. Pone Domine custodi-  
 diam ori meo. *Min.* Et ostium circuns-  
 tantiae labiis meis. *Sac.* Confiteor Deo,  
 Beatae Mariae , & omnibus Sanctis , &  
 vobis fratres , quia peccavi nimis mea  
 culpa , per superbiam , cogitatione , pre-  
 cor vos orare pro me. *Min.* Misereatur  
 tui Omnipotens Deus per intercessionem  
 Beatae Mariae , & omnium Sanctorum ,  
 & dimitat tibi omnia peccata tua &  
 perducat ad vitam aeternam. *Sac.* Amen.  
*Min.* Confiteor Deo , & Beatae Mariae ,  
 & omnibus Sanctis , & tibi Pater , quia  
 peccavi nimis mea culpa , per superbiam ,  
 cogitatione , locutione , opere , & omis-  
 sio-

sione ; precor te orare pro me. *Sac.* Mi-  
sereatur vestri omnipotens Deus , per  
intercessionem Beatae Mariae , & om-  
nium Sanctorum , & dimitat vobis om-  
nia peccata vestra , & perducat ad vi-  
tam aeternam. *Min.* Amen. *Sac.* Adju-  
torium nostrum in nomine Domini. *Min.*  
Qui fecit coelum & terram. A la Epis-  
tola no se responde nada , ni el Ministro  
muda el Misal ahora. Al ultimo del  
Evangelio tampoco se responde : luego  
se le subministra agua para el Caliz , y  
lavar los dedos. Al Orate fratres no  
se responde. Quando el Sacerdote po-  
ne las manos sobre el Caliz para que-  
rer consagrар , se levanta el Ministro  
à encender el cirio , lo qual ha de ha-  
cer pronto , antes que consagre ; des-  
pues de haber consumido , se apaga el  
cirio , y despues de haber dado las ul-  
timas Vinageras , se buelve à lavar los  
dedos el Sacerdote , como antes , y se

espe-

o

BL/UT/84

espera el Ministro para echar el agua en el Caliz , para lavarle ; cuya agua echa el Sacerdote en el platillo , y el Ministro la echa en la piscina ; y sino la hay , se la consume el Sacerdote : y esto no sucede , sino quando dicen Misa fuera de sus Casas. Tampoco hay Evangelio ultimo.

*MODO DE REZAR LAS PRIMERAS  
Oraciones regularmente en el año , puestos  
de rodillas , como está prevenido para ga-  
nar las Indulgencias : excepto los Sabados  
en la noche , los Domingos , y tiempo  
Pasqual.*

V. **A**ngelus Domini nuntiavit Mariae.  
R. Et concepit de Spiritu Sancto. Ave  
Maria.  
V. Ecce Ancilla Domini.  
R. Fiat mihi secundum verbum tuum.  
Ave Maria.

V.

**V.** Et verbum caro factum est.

**R.** Et habitavit in nobis. Ave Maria.

## OREMUS.

**G**ratiam tuam quasumus Domine,  
mentibus nostris infunde ; ut qui,  
Angelo nuntiante , Christi Filii tui In-  
carnationem cognovimus , per passionem  
eius , & Crucem ad resurrectionis glo-  
riam perducamur : Per eundem Domi-  
num nostrum. **R.** Amen.

**EN TIEMPO DE PASQUA DE PIES**  
*como queda advertido.*

**R**egina Coeli laetare , Alleluja;  
quia quem meruisti portare , Alleluja.

Ave Maria.

Resurrexit , sicut dixit , Alleluja,

Ora pro nobis Deum , Alleluja.

Ave Maria.

**1081**

**V.**

V. Gaude , & laetare , Virgo Maria,  
Alleluja.

R. Quia surrexit Dominus vere, Alleluja.  
Ave Maria.

## OREMUS.

**D**eus , qui per resurrectionem Filii  
tui Domini nostri Iesu Christi,  
mundum laetificare dignatus es ; praesta  
quaesumus , ut per ejus genitricem Vir-  
ginem Mariam , perpetuac capiamus gau-  
dia vitae. Per eundem Christum Domi-  
num nostrum. R. Amen.

*L A S S E G U N D A S O R A C I O N E S ,*  
*ó toque de Almas , puestos de rodillas en*  
*todo tiempo para poder ganar las*  
*Indulgencias.*

**D**e profundis clamavi ad te Domi-  
ne : Domine exaudi vocem meam.  
Fiant

Fiant aures tuae intendentes : in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris Domine  
Domine , quis sustinebit ?

Quia apud te propitiatio est : & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus;  
speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem : speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia;  
& copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel ex omnibus  
iniquitatibus ejus.

Gloria Patri , & Filio , & Spiritui  
Sancto.

Sicut erat in principio , & nunc &  
semper & in saecula saeculorum. Amen.

¶. Requiem aeternam dona eis Do-  
mine.

R. Et lux perpetua luceat eis.

¶. Requiescant in pace. R. Amen.

OTRO

## OTRO MODO.

- V. **N**E recorderis peccata mea Domine.  
R. Dum veneris judicare saeculum per ignem.
- V. Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo viam meam.  
R. Dum veneris judicare saeculum per ignem.
- V. Requiem aeternam dona eis Domine,  
& lux perpetua luceat eis.  
R. Dum veneris judicare saeculum per ignem.
- V. Kyrie eleyson. R. Christe eleyson.  
V. Kyrie eleyson.
- Pater Noster &c. (en secreto.)
- V. Et ne nos inducas in temptationem.  
R. Sed libera nos á malo.
- V. Domine exaudi orationem meam.  
R. Et clamor meus ad te veniat.

ORE-

## OREMUS.

**F**idelium Deus omnium conditor & Redemptor , Animabus Famulorum , Famularumque tuarum , remissionem cunctorum tribue peccatorum : ut indulgentiam quam semper optaverunt pii supplicationibus consequantur : qui vivis & regnas in saecula saeculorum,

R. Amen.

V. Requiem aeternam dona eis Domine.

R. Et lux perpetua luceat eis.

V. Requiescant in pace.

R. Amen.

**FORMA Y MODO PARA RE-**

*zar el Santo Rosario.*

*Acto de Contricion breve.*

**S**enor mio Jesu-Christo , por ser Vos quien sois , bondad infinita , me pesa

pesa de todo corazon de haberos ofendido , y propongo firmemente de nunca mas pecar.

*Oracion , y Ofrecimiento.*

Vrgen Santisima , purificad mis labios , y mi corazon para rezaros dignamente vuestro Santo Rosario , el que humildemente ofrezco por la exaltacion de la Fe , feliz estado de la Iglesia , destruccion de las heregias , y paz entre los Principes Christianos , sufragio de las Almas del Purgatorio , que fueren de vuestro gusto , y de mi mayor obligacion : Ofrezcoos serviros á Vos , y á vuestro Hijo en adelante , y de no haberlo hecho hasta ahora me pesa , pesame mi Dios de haberos ofendido.

Mrs-

MYSTERIOS GOZOSOS QUE SE  
contemplan Lunes y Jueves.

**P**rimero : Es la Encarnacion del Verbo.

Segundo : La Visitacion de la Virgen á Santa Isabel.

Tercero : El Nacimiento de Jesus.

Quarto : La Purificacion de la Virgen y Presentacion de Jesus al Templo.

Quinto : El Niño Perdido.

MYSTERIOS DOLOROSOS QUE  
se contemplan Martes y  
Viernes.

**P**rimero : La Oracion del Huerto.

Segundo : Los azotes de la columna.

Tercero : La Coronacion de Espinas.

Quarto : La Cruz acuestas por la Calle de la Amargura.

Quinto : La muerte de Jesus en la Cruz.

G

MYS

MYSTERIOS GLORIOSOS , QUE  
se contemplan Domingo , Miercoles  
y Sabado.

**P**rimero : La Triunfante Resurrecion.

Segundo : La Ascension de Jesus al Cielo.

Tercero : La venida del Espiritu Santo en lenguas de fuego.

Quarto : La Muerte y Asumpcion de la Virgen al Empyreo.

Quinto : La Coronacion de la Virgen en la Gloria.

*LETANIA DE NUESTRA SEÑORA.*

**K**yrie eleyson.

**C**hriste eleyson.

Kyrie eleyson.

Christe audinos.

Christe

**Christe exaudi nos.**

**Pater de Coelis Deus. Miserere nobis.**

**Fili Redemptor mundi Deus. Miserere nobis.**

**Spiritus Sancte Deus. Miserere.**

**Sancta Trinitas unus Deus. Miserere.**

**Sancta MARIA. Ora pro nobis.**

**Sancta Dei genitrix.**

**Sancta Virgo Virginum.**

**Mater Christi.**

**Mater divinae gratiae.**

**Mater Purissima.**

**Mater Castissima.**

**Mater Inviolata.**

**Mater Intemerata.**

**Mater Immaculata.**

**Mater Amabilis.**

**Mater Admirabilis.**

**Mater Creatoris.**

**Mater Salvatoris.**

**Virgo Prudentissima.**

**Virgo Veneranda.**

Ora pro nobis.

- Virgo Praedicanda.  
Virgo Potens.  
Virgo Clemens.  
Virgo Fidelis.  
Speculum Justitiae.  
Sedes Sapientiae.  
Causa nostrae lactitiae.  
Vas Spirituale.  
Vas Honorabile.  
Vas insigne devotionis.  
Rosa Mystica.  
Turris Davidica.  
Turris Eburnea.  
Domus Aurca.  
Foederis Arca.  
Janua Coeli.  
Stella Matutina.  
Salus Infirmorum.  
Refugium Peccatorum.  
Consolatrix Affictorum.  
Auxilium Christianorum.  
Regina Angelorum.

Ora pro nobis.

Re-

Regina Patriarcharum.

Regina Prophetarum.

Regina Apostolorum.

Regina Martyrum.

Regina Confessorum.

Regina Virginum.

Regina Sanctorum Omnium.

Regina Sanctissimi Rosarii.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi.  
Parce nobis Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi.  
Exaudi nos Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi.  
Miserere nobis.

Kyrie eleyon. Christe eleyon.

V. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

### OREMUS.

**G**ratiam tuam quaesumus Domine,  
mentibus nostris infunde, ut qui,  
An-

—Ora pro nobis.—

**A**ngelo nuntiantē , Christi Filii tui Incarnationem cognovimus , per passionem ejus , & Crucem ad resurrectionis gloriam perducamur.

**S**Upplicationem servorum tuorum , Deus miserator exaudi ; ut qui in societate Sanctissimi Rosarii , Dei genitricis , & Virginis Mariae congregamur , ejus intercessionibus à te de instantibus periculis eruamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

*Bendicion breve de la Mesa.*

**S.** Benedicite. M. Benedicite. S. Oremus. Benedic Domine nos , & haec tua dona , quae de tua largitate sumus sumpturi. Per Christum Dominum nostrum. M. Amen. M. Jube domne benedicere. S. Mensae coelstis participes faciat nos <sup>Rex</sup> aeternae gloriae. M. Amen.

A

A la noche , y en los dias de ayuno  
á la comida. S. Ad coenam vitae acter-  
nae perducat nos Rex aeternae gloriae.

Accion de gracias en ambas comidas.  
S. Tu autem Domine miserere nobis.  
M. Deo gratias. S. Agimus tibi gratias  
omnipotens Deus , pro universis benefi-  
ciis tuis : qui vivis & regnas in saecula  
saeculorum. M. Amen. S. Retribuere  
dignare Domine , omnibus nobis bona  
facientibus propter nomen tuum vitam  
aeternam. M. Amen. S. Benedicamus  
Domino. M. Deo gratias. S. Fidelium  
animae per misericordiam Dei requies-  
cant in pace. M. Amen. Un Padre  
nuestro ; y luego el Sacerdote en secreto:  
Deus det nobis suam pacem. M. Amen.

En la colacion no hay bendicion,  
ni accion de gracias.

*ITINERARIO DE CLERIGOS;*  
*el que sirve igualmente para los Seglares,*  
*que quiere la Iglesia usen para antes de*  
*empezar qualquier viage, á fin de*  
*que les sea feliz.*

*Si vá solo, hablará en singular;*  
*y si es en compañía en plural.*

*Antiphona : In viam pacis.*

**B**enedictus Dominus Deus Israe<sup>l</sup>,  
 quia visitavit, & fecit redemptio-  
 nem plebis suae.

Et erexit cornu salutis nobis : in domo  
 David pueri sui.

Sicut locutus est per os Sanctorum : qui  
 à saeculo sunt Prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris, & de manu  
 omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum pa-  
 tribus

tribus nostris : & memorari testamen-  
ti sui Sancti.

Jusjurandum , quod juravit ad Abraham  
patrem nostrum : daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nos-  
trorum liberati : serviamus illi.

In Sanctitate & justitia coram ipso : om-  
nibus diebus nostris.

Et tu puer , Propheta Altissimi voca-  
beris : praeceperis enim ante faciem Do-  
mini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus:  
in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae Dei nostri : in  
quibus visitavit nos , oriens ex alto.

Illuminare his , qui in tenebris & in um-  
bra mortis sedent : ad dirigendos pe-  
des nostros in viam pacis.

Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto:  
Sicut erat in principio , & nunc &  
semper , & in saecula saeculorum.  
Amen.

In

**I**N viam pacis & prosperitatis dirigat nos omnipotens & misericors Dominus : & Angelus Raphael committetur nobiscum in via , ut cum pace , salute , & gaudio revertamur ad propria. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. ( Secreto. )

¶. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos á malo.

¶. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus sperantes in te.

¶. Mitte nobis , Domine , auxilium de Sancto.

R. Et de Sion tuere nos.

¶. Esto nobis Domine , turtis fortitudinis.

R. A facie inimici.

¶. Nihil proficiat inimicus in nobis.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

¶. Benedictus Dominus die quotidie.

R.

R. Prosperum iter faciat nobis Deus  
salutarium nostrorum.

V. Vias tuas Domine demonstra no-  
bis.

R. Et semitas tuas edoce nos.

V. Utinam dirigantur viae nostrae.

R. Ad custodiendas justifications  
tuas.

V. Erunt prava indirecta.

R. Et aspera in vias planas.

V. Angelis suis Deus mandavit de te.

R. Ut custodiant te in omnibus viis  
tuis.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORE-

## OREMUS.

**D**eus, qui Filios Israel per maris medium sicco vestigio ire fecisti, quique tribus Magis iter ad te Stella duce pandisti: tribue nobis, quaesumus, iter prosperum, tempusque tranquillum; ut, Angelo tuo Sancto comite, ad eum, quo pergitimus locum, ac demum ad aeternae salutis portum pervenire feliciter valeamus.

**D**eus qui Abraham puerum tuum, de Ur Chaldeorum eductum, per omnes suae peregrinationis vias illaesum custodisti, quaesumus: ut nos famulos tuos custodire digneris: esto nobis, Domine, in procinctu suffragium, in via solatium, in aestu umbraculum, in pluvia & frigore tegumentum, in lassitudine vehiculum, in adversitate praesidium, in lubrico baculus, in naufragio

por-

portus ; ut te duce quo tendimus prospere perveniamus, & demum incolumes ad propria redeamus.

**A** Desto , quaesumus Domine, supplicationibus nostris , & viam famulorum tuorum in salutis tuae prosperitate dispone ; ut inter omnes viae & vitae hujus varietates tuo semper protegantur auxilio.

**P**raesta, quaesumus omnipotens Deus : ut familia tua per viam salutis incedat , & beati Joannis Praecursoris hor tamenta sectando ad eum , quem praedixit , secura perveniat , Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum : Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus , per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

V. Procedamus in pace.

R. In nomine Domini. Amen.

MO:

*MODO DE AYUDAR A BIEN MORIR, ó de recomendar el Alma à la hora de la muerte, que previene la Iglesia haga el Eclesiastico; y que tambien puede bacer el Seglar.*

**K**Yrie eleyson. Christe cleyson.  
Kyrie eleyson.

Sancta MARIA. Ora pro eo.

Omnes Sancti Angeli & Archangeli.  
Orate pro eo.

Sancte Abel. Ora pro eo.

Omnis Chorus justorum. Orate pro eo;

Sancte Abraham. Ora pro eo.

Sancte Joannes Baptista. Ora.

Sancte Joseph. Ora.

Omnes Sancti Patriarchae & Prophetae:  
Orate.

Sancte Petre. Ora.

Sancte Paule. Ora.

Sancte Andrea. Ora.

Sancte Joannes. Ora.

Omne

Omnes Sancti Apostoli & Evangelistae:  
Orate.

Omnes Sancti Discipuli Domini. Orate.

Omnes Sancti Innocentes. Orate.

Sancte Stephane. Ora.

Sancte Laurenti. Ora.

Omnes Sancti Martyres. Orate.

Sancte Sylvester. Ora.

Sancte Gregori. Ora.

Sancte Augustine. Ora.

Omnes Sancti Pontifices & Confessores:  
Orate.

Sancte Benedicte. Ora.

Sancte Francisce. Ora.

Omnes Sancti Monachi & Eremitae:  
Orate.

Sancta Maria Magdalena. Ora.

Sancta Lucia. Ora.

Omnes Sanctae Virgines & Viduae:  
Orate.

Omnes Sancti & Sanctae Dei, Intercede-  
dite pro eo.

Pro-

Propitius esto. Parce ei Domine.

Propitius esto. Libera eum Domine.

Propitius esto. Libera.

Ab ira tua. Libera.

A periculo mortis. Libera.

A mala morte. Libera.

A poenis Inferni. Libera.

Ab omni malo. Libera.

A potestate Diaboli. Libera.

Per nativitatem tuam. Libera.

Per crucem & passionem tuam. Libera.

Per mortem & sepultutam tuam. Libera.

Per gloriosam resurrectionem tuam. Libera.

Per admirabilem ascensionem tuam. Libera.

Per gratiam Spiritus Sancti Paraclyti.  
Libera.

In die Judicii. Libera eum Domine.

Peccatores. Te rogamus audi nos.

Ut

Ut eī parcas. Te rogamus audi nos.

Kyrie eleyon. Christe eleyon. Kyrie eleyon.

### ORACION.

**P**rofiscere , anima Christiana , de  
hoc mundo in nomine Dei Pa-  
tris omnipotentis , qui te creavit : in  
nomine Jesu-Christi Filii Dei vivi , qui  
pro te passus est : in nomine Spiritus  
Sancti , qui in te effusus est : in nomi-  
ne Angelorum & Archangelorum : in  
nomine Thronorum & Dominationum:  
in nomine Principatum & Potestatum:  
in nomine Cherubim & Seraphim , in  
nomine Patriarcharum & Prophetarum:  
in nomine Sanctorum Apostolorum &  
Evangelistarum : in nomine Sanctorum  
Martyrum & Confessorum ; in nomine  
Sanctorum Monachorum & Eremita-  
rum : in nomine Sanctorum Virginum,

H

&

& Omnia Sanctorum & Sanctarum  
Dei: hodie sit in pace locus tuus , &  
habitatio tua in sancta Sion. Per eundem  
Christum Dominum nostrum. Amen.

## MODALIA

**D**eus misericors , Deus clemens,  
Deus , qui secundum multitudi-  
nem miserationum tuarum peccata poe-  
nitentium deles , & praeteritorum cri-  
minum culpas venia remissionis eva-  
cuas : respice propitius super hunc fa-  
mulum tuum N. & remissionem om-  
nium peccatorum suorum , tota cordis  
confessione poscentem deprecatus exau-  
di. Renova in eo , piissime Pater , quid-  
quid terrena fragilitate corruptum , vel  
quidquid diabolica fraude violatum est,  
& unitati corporis Ecclesiae membrum  
redemptionis annecte. Miserere , Do-  
mine , gemituum , miserere lacryma-  
rum ejus : & non habentem fiduciam,  
nisi in tua misericordia , ad tuae Sacra-

H

mcn-

mentum reconciliationis admitte. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

**C**ommendo te , omnipotenti Deo,  
carissime frater , & ei , cuius es  
creatura , committo ; ut cum humanita-  
tis debitum morte interveniente persol-  
veris , ad Auctorem tuum , qui te de  
limo terrae formaverat , revertaris.  
Egredienti itaque animae tuae de cor-  
pore splendidus Angelorum coetus oc-  
currat : judex Apostolorum tibi Sena-  
tus adveniat : candidatorum tibi Mar-  
tyrum triumphator exercitus obviet : li-  
liata rutilantium te Confessorum turma  
circumdet : jubilantium te Virginum  
chorus excipiat : & beatae quietis in  
sinu Patriarcharum te complexus astrin-  
gat : mitis atque festivus Christi Jesu  
tibi aspectus appareat , qui te inter as-  
sistentes sibi jugiter interesse decernat:  
Ignores omne , quod horret in tene-

bris , quod stridet in flammis , quod  
 cruciat in tormentis. Cedat tibi teterri-  
 mus Satanas cum satellitibus tuis : in  
 adventu tuo te comitantibus Angelis,  
 contremiscat , atque in aeternae noctis  
 chaos immane diffugiat. Exurgat Deus,  
 & dissipentur inimici ejus ; & fugiant,  
 qui oderunt eum , à facie ejus. Sicut  
 deficit sumus , deficiant : sicut fluit cera  
 à facie ignis , sic pereant peccatores à  
 facie Dei : & justi epulentur & exult-  
 ent in conspectu Dei. Confundantur  
 igitur & erubescant omnes tartareae  
 legiones , & ministri Satanae iter tuum  
 impedire non audeant. Liberet te à  
 cruciatu Christus , qui pro te crucifi-  
 xus est. Liberet te ab aeterna mor-  
 te Christus , qui pro te mori dignatus  
 est. Constituat te Christus Filius Dei  
 vivi intra paradisi sui semper amoena  
 virentia : & inter oves suas te verus  
 ille Pastor agnoscat. Ille ab omnibus

quid

c H

pec-

peccatis tuis te absolvat , atque ad dexteram suam in electorum suorum teste sorte constituat. Redemptorem tuum facie ad faciem videoas , & praesens semper assistens , manifestissimam beatis oculis aspicias veritatem. Constitutus igitur inter agmina Beatorum , contemplationis Divinae dulcedine potiaris in saecula saeculorum. Amen.

**S**uscipe , Domine , servum tuum in locum sperrandae sibi salvationis à misericordia tua. R. Amen.

Libera , Domine , animam servi tui ex omnibus periculis inferni , & de laqueis poenarum , & ex omnibus tribulationibus. R. Amen.

Libera , Domine , animam servi tui , sicut liberasti Henoch & Eliam de communi morte Mundi. R. Amen.

Libera , Domine , animam servi tui,

tui , sicut liberasti Noe de diluvio.

R. Amen.

Libera , Domine , animam servi tui,  
sicut liberasti Abraham de Ur Chaldeo-  
rum. R. Amen.

Libera , Domine , animam servi tui,  
sicut liberasti Job de passionibus suis.  
R. Amen.

Libera , Domine , animam servi tui,  
sicut liberasti Isaac de hostia , & de  
manu patris sui Abrahac. R. Amen.

Libera , Domine , animam servi tui,  
sicut liberasti Lot de Sodomis , & de  
flamma ignis. R. Amen.

Libera , Domine , animam servi tui,  
sicut liberasti Moysen de manu Pharao-  
nis Regis AEgyptorum. R. Amen.

Libera , Domine , animam servi tui,  
sicut liberasti Daniëlem de lacu Iconum.  
R. Amen.

Libera , Domine , animam servi tui,  
sicut

sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis , & de manu Regis iniqui.  
R. Amen.

Libera , Domine , animam servi tui,  
sicut liberasti Susannam de falso crimen.  
R. Amen.

Libera , Domine , animam servitui,  
sicut liberasti David de manu Regis Saul,  
& de manu Goliae. R. Amen.

Libera , Domine , animam servi tui,  
sicut liberasti Petruin & Paulum de carceribus. R. Amen.

Et sicut beatissimam Theclam Virginem & Martyrem tuam de tribus atrocissimis tormentis liberasti , sic liberare digneris animam hujus servi tui , & tecum facias in bonis congaudere coelestibus. R. Amen.

ORA-

## ORACION.

**C**ommendamus tibi Domine, animam famuli tui N. precamurque te, Domine Iesu-Chryste Salvator Mundi, ut propter quam ad terram miserit corditer descendisti, Patriarcharum tuorum sinibus insinuare non renuas. Agnosce, Domine, creaturam tuam, non à Diis alienis creatam, sed à te solo Deo vivo & vero, quia non est alius Deus praeter te, & non est secundum opera tua. Laetifica, Domine, animam ejus in conspectu tuo, & ne memineris iniquitatum ejus antiquarum, & ebrietatum, quas suscitavit furor sive servor mali desiderii. Licet enim peccaverit, tamen Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, non negavit, sed credidit; & zelum Dei in se habuit, & Deum, qui fecit omnia fideliter adoravit.

## OTRA.

**D**elicta juventutis , & ignorantias ejus , quaesumus , ne memineris , Domine ; sed secundum magnam misericordiam tuam memor esto illius in gloria claritatis tuae. Aperiantur ei coeli : collaetentur illi Angeli : in regnum tuum , Domine , servum tuum suscipe. Suscipiat eum Sanctus Michael Archangelus Dei , qui militiae coelestis meruit principatum. Veniant illi obviam Sancti Angeli Dei , & perducant eum in Civitatem coelestem Jerusalem. Suscipiat eum beatus Petrus Apostolus , cui à Deo claves regni coelestis traditae sunt. Adjuvet eum Sanctus Paulus Apostolus , qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo Sanctus Joannes electus Dei Apostolus , cui revelata sunt secreta coelestia. Orent pro eo om-

omnes Sancti Apostoli , quibus à Domino data est potestas ligandi atque solvendi. Intercedant pro eo omnes Sancti & Electi Dei , qui pro Christi nomine tormenta in hoc saeculo sustinuerunt : ut vinculis carnis exutus , pervenire mereatur ad gloriam Regni Celestis , praestante Domino nostro Jesu Christo , qui cum Patre & Spiritu Sancto , vivit & regnat in secula seculorum. Amen.

*SALIDA YA EL ALMA DEL CUERPO se dice en Sufragio de ella.*

**S**ubvenite , Sancti Dei , occurrite , Angeli Domini ; suscipientes animam ejus : offerentes eam in conspectu Altissimi.

**¶ Suscipiat te Christus , qui vocavit te,**

te, in sinu Abrahae Angeli deducant te.  
Suscipientes.

¶. Requiem aeternam dona ei, Domine : & lux perpetua luceat ei. Offertentes eam in conspectu Altissimi.

Kyrie eleyson. Christe eleyson, Kyrie eleyson.

Pater noster. (en secreto.)

¶. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos á malo.

¶. Requiem aeternam dona ei Domine.

R. Et lux perpetua luceat ei.

¶. A porta inferi.

R. Erue Domine animam ejus.

¶. Requiescant in pace.

R. Amen.

¶. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

¶. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

ORE.

## OREMUS.

**T**ibi, Domine, commendamus animam famuli tui N. ut defunctus saeculo tibi vivat: & quae per fragilitatem humanae conversationis peccata commissit, tu venia misericordiosissimae pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. Rx. Amen.

## SEQUENCIA QUE CANTA LA

*Iglesia en la Misa de Difuntos.*

**D**ies irae, dies illa, solvet saeculum in favilla, teste David cum Sybilla.

Quantus tremor est futurus, quando Judex est venturus, cuncta stricte discussurus.

Tuba mirum spargens sonum per

se-

sepulchra regionum , coget omnes ante  
thronum.

Mors stupebit & natura cum re-  
surget creatura , judicanti responsura.

Liber scriptus proferetur , in quo  
totum continetur , unde mundus judi-  
cetur.

Judex ergo cum sedebit , quid-  
quid latet apparebit , nihil inultum  
remanebit.

Quid sum miser tunc dicturus : quem  
patronum rogaturus , cum vix justus  
sit securus.

Rex tremendae majestatis , qui sal-  
yandos salvas gratis , salva me fons  
pietatis.

Recordare Jesu pie , quod sum  
causa tuae viae , ne me perdas illa die.

Quaerens me sedisti lassus , rede-  
misti crucem passus , tantus labor non  
sit cassus.

Juste Judex ultionis , donum fac  
re-

remissionis ante diem rationis.

Ingemisco tanquam reus , culpa ru-  
bet vultus metus supplicantí parce Deus.

Qui Mariam absolvisti , & latronem  
exaudisti , mihi quoque spei dedisti.

Preces meae non sunt dignae , sed  
tu bonus fac benigne , ne perenni cre-  
mer igne.

Inter oves locum praesta ; & ab  
haedis me sequestra , statuens in parte  
dextra.

Consutatis maledictis , flammis acrie-  
bus addictis , voca me cum benedictis.

Ora supplex & acclinis cor con-  
tritum quasi cinis : gere curam mei  
finis.

Lacrymosa dies illa , qua resurget  
ex favilla.

Judicandus homo reus , hic ergo  
parce Deus.

Pie Jesu Domine , dona eis re-  
quiem.

ORA-

ORACIONES QUE CONVIENE  
 practique el Christiano al tiempo de en-  
 trar en los santos Templos , al adorar la  
 Santa Cruz , y al alzar la Sagra-  
 da Hostia , y el  
 Caliz.

~~Los que no entiendan~~  
 AL ENTRAR EN LA IGLESIA SE  
 DIRÀ en Latin.

~~En Latin~~  
**I**ntrabo in domum tuam Domine,  
 adorabo in Templum Sanctum tuum.

*En Romance.*

~~En Latin~~  
**E**ntraré Señor en tu Casa y en  
 tu Templo te adoraré y confe-  
 saré tu Santo nombre.

*AL*

**AL TOMAR AGUA BENDITA**  
*en latin.*

**A** Qua Benedicta sit nobis salus  
 & vita.

*En Romance.*

**E** Sta agua bendita me sea espiritual  
 salud y vida.

**AL ADORAR LA SANTA CRUZ**  
*en latin.*

**A** Doramus te Christe ; & benedici-  
 mus tibi ; quia per Sanctam Cru-  
 cem tuam redemisti mundum.

*En Romance.*

**A** Doramos te Señor Jesu - Christo,  
 y bendecimos te ; que por tu San-  
 ta Cruz redemiste al mundo.

**AL**

*AL ALZAR LA HOSTIA  
en latin.*

**A**DORAMUS TE SACRUM CORPUS DOMINI NOSTRI JESU-CHRISTI, qui in ara Crucis fuisti dignum Sacrificium pro redēptione totius mundi.

*En Romance.*

**A**DORAMOSTE SAGRADO CUERPO DE NUESTRO SEÑOR JESU-CHRISTO, que en el ara de la Cruz fuiste digno Sacrificio para redencion de todo el mundo.

*AL ALZAR EL CALIZ  
en latin.*

**A**DORAMOSTE SANGUINEM DOMINI NOSTRI JESU-CHRISTI, qui effusus es pro nostra, omniumque redēptione.

I

*En*

*En Romance.*

**A**Doramos te preciosa Sangre de  
nuestro Señor Jesu-Christo, que  
fuiste derramada por la redencion nues-  
tra, y de todos.

*AL SEGUNDO ALZAR DE LA HOS-  
tia en latín.*

**T**N manus tuas, Domine, commendo  
spiritum meum, redemisti nos Do-  
mine, Deus veritatis.

*En Romance.*

**E**N tus manos Señor encomiendo  
mi espiritu ; redemisteme Señor,  
Dios de la verdad.

*FIN.*

# INDICE

## DE LAS ORACIONES Y DEMAS, que se contienen en este Compendio.

- O Ración para dár principio al día,  
implorando la Divina asistencia . . . . . Fol. 9.  
Otra para antes de empezar qualquiera obra . . . . . Fol. 10.

### *Oraciones principales de la Iglesia.*

- Pater noster . . . . . Idem.  
Ave Maria . . . . . Fol. 11.  
Gloria in excelsis Deo . . . . . Idem.  
Credo in unum Deum . . . . . Fol. 12.  
Salve Regina . . . . . Fol. 13.

### *Canticos Sagrados.*

- Magnificat anima mea . . . . . Fol. 15.  
I 2. Be-

Benedictus Dominus Deus.	Fol. 16.
Nunc dimittis servum tuum , y Ora- ciones para antes de irse á acos- tar.	Fol. 18.

*Hymnos de la Iglesia.*

Te Deum laudamus . . . . .	Fol. 21.
Veni Creator . . . . .	Fol. 23.
Pange lingua gloriosi. . . . .	Fol. 25.
Sacris solemniis. . . . .	Fol. 28.
Pange lingua gloriosi lauream certa- minis. . . . .	Fol. 29.
Stabat Mater. . . . .	Fol. 32.
Ave Maris Stella. . . . .	Fol. 35.
Vexilla Regis . . . . .	Fol. 31.

*Psalmos Penitenciales.*

Domine ne in furore. . . . .	Fol. 37.
Beati quorum . . . . .	Fol. 38.
Domine ne in furore. . . . .	Fol. 40.
Miserere mei Deus. . . . .	Fol. 43.
Do-	

- Domine exaudi orationem . . . Fol.45.  
De profundis clamavi . . . . Fol.49.  
Domine exaudi orationem . . . Fol.50.

*Quatro Evangelios para impetrar  
la salud.*

- In principio erat verbum . . . Fol.52.  
Missus est Angelus . . . . . Fol.54.  
Cum natus esset Jesus. . . . . Fol.55.  
Recumbentibus undecim. . . . Fol.57.  
Letania de los Santos. . . . . Fol.60.

*Cinco modos de ayudar á Misa.*

- Segun el Misal Romano. . . . . Fol.74.  
A los Religiosos del Carmen. Fol.79.  
A los de Santo Domingo. . . . Fol.82.  
A los de San Bernardo . . . . . Fol.85.  
A los de la Cartuja . . . . . . Fol.88.

*Mo-*

*Modo de rezar las primeras Oraciones  
entre año.*

*Angelus Domini . . . . . Fol. 90.*

*En tiempo de Pasqua.*

*Regina Coeli laetare . . . . . Fol. 91.*

*Las segundas Oraciones , ó toque de  
Almas.*

*De profundis clamavi. . . . . Fol. 92.*

*De otro modo.*

*Nec recorderis. . . . . Fol. 94.*

*Forma de rezar el Santo Rosario.*

*Acto de Contricion. . . . . Fol. 95.*

*Oracion y Ofrecimiento. . . . Fol. 96.*

*Mys-*

- Misterios Gozosos para Lunes, y  
Jueves. . . . . Fol. 97.
- Misterios Dolorosos para Martes,  
y Viernes. . . . . Idem.
- Misterios Gloriosos para Domingo,  
Miercoles y Sabado. . . . Fol. 98.
- Letania de nuestra Señora. . . Fol. Idem.
- Bendicion de la Mesa. . . . Fol. 102.
- Itinerario para Clerigos y Segla-  
res . . . . . Fol. 104.
- Recomendacion del Alma para la  
hora de la muerte. . . . Fol. 110.
- Sequencia de Difuntos. . . . Fol. 124.

*Oraciones para el tiempo de entrar en los  
Templos , al adorar la Santa  
Cruz , &c.*

- Al entrar en la Iglesia. . . . Fol. 127.
- Al tomar Agua bendita. . . . Fol. 128.
- Al adorar la Cruz. . . . . Fol. Idem.
- Al alzar la Hostia. . . . . Fol. 129.  
Al

Al alzar el Caliz. . . . . Fol. Idem.


Al segundo alzar de la Hostia. Fol. 130.

## LAUS DEO.









A  
R  
EST  
TAB  
N.U

